

DE EXTREMA UNCTIONE

- Thesis 1^a -

EXTREMA UNCTIO EST VERUM N.T. SACRAMENTUM.

S.Th., Suppl. 29, 1-3; P. 508-519; W. 311-314; Suarez, d. 39; Bellarmin, cc. 1-6; Kern, 1-80; Gehr, §§ 1-2; DA. Extrême-Onction, J. de Guibert; Cath. Encycl.; Extrême-Onction; Pohle-Freuss, 1-15.

EXTREMA UNCTIO (definitione nominali quam realem esse demonstrata thesi patebit): sacramentum confortationis graviter aegrotantium.

Unctio dicitur ex materia sacramenti proxima quae nil aliud est nisi actio qua sacerdos corpus infirmi oleo oblit.

Extrema dicitur quia extremo vitae tempore administratur et omnium unctionum extrema est. P. 509.

Vocatur etiam oleum infirmorum, etc. P. 509; Gehr, §§ 1-2.

NOVUM TESTAMENTUM: praesens oeconomia salutis post Jesus Xtum, quam praecesserunt tres aliae: justitia originalis, lex patriarchalis seu naturalis, lex mosaica seu Vetus Testamentum.

SACRAMENTUM: "signum rei sacrae in quantum (haec res) est sacrificans". S.Th.

SACRAMENTUM N.T.: sacramentum in praesenti oeconomia salutis existens: signum practicum gratiae in praesenti oeconomia salutis existens.

VERUM: cui nil deest eorum quae notionem communem sacramenti N.T. constituunt.

SENSUS THESEOS:

Existit in praesenti oeconomia salutis sacramentum confortationis graviter aegrotantium, cui sacramento nil deest eorum quae notionem sacramenti N.T. constituunt.

ADVERSARIUM : Albigenses et Novatores. P.510.

NOTA : De Fide definita in Trid. (D. 926).

PROBATUR : 1°- S.Scriptura : Jac.5,14-15.

Omne signum practicum gratiae in praesenti oeconomia salutis existens est verum N.T. sacramentum;

Atqui, ex hoc loco, Extrema Unctio est signum practicum gratiae in praesenti oeconomia salutis existens;

Ergo, ex hoc loco, Extrema Unctio est verum N.T. sacramentum.

MAJ.: ex Tr. de sacramentis in genere.

MIN.: nam 1) Describitur a Jacobo signum practicum gratiae in praesenti oeconomia salutis existens. Siquidem:

- a) Unctio olei et oratio praescribuntur: ergo symbolum externum, sicut in Baptismo, Confirmatione etc.
- b) Promittitur allevatio ex qua sequi potest remissio peccatorum: ergo allevatio spiritualis cum infusione gratiae sanctificantis.
- c) Potestas hunc ritum administrandi fundatur in ordine presbyteratus. Nam, "
"qui in Ecclesia dicuntur presbyteri seu qui sacerdotium exercent.

- 2) Hoc signum practicum gratiae non est aliud nisi Extrema Unctio seu sacramentum confortationis graviter aegrotantium, ut evidens videtur et patet etiam traditione. P.511-51 ; Kern.66-71; Gühr, §§1-2.

2°- Ex Traditione :

- a) PP. P.514; Cf. Kern,6-59;
- b) TT. P.515; Kern,80; S.Th. Suppl.29,1-3.
- c) Declarationes Ecclesiae (D.424; 465; 700; 907; 2048).P.516.
- d) Ecclesiarum orientalium consensu. P.517; Kern,50; Lege Kern, 4-59.

3°- Ex Ratione convenienti :

Conveniebat ut Xtus sacramentum institueret "ad conferendam gratiam spiritualis medicinae qua indigent homines tempore morbi periculosi". P.518. Cf. Comp.283,obj.3 (non inutilis est et suum locum habet in septem sacr.).

DIFFICULTATES : S.Th. Suppl.29,1-3; P. plures anticipat in Exponendis argumentis, unam n.519; Comp.281-283; W. 313-314.

1.- Unctio de qua Jac.5,14,15 eadem est quam Mc.6,13 commemorat; Atqui haec non fuit sacramentum N.T. verum; Ergo nec illa.

MAJ.: nam idem ritus materialis (unctio olei), idem minister (Apostoli, presbyteri Ecclesiae), idem subjectum (infirmi), idem effectus (salus infirmi).

MIN.: nam 1) nullus indicatur effectus spiritualis gratiae;
2) haec unctio fiebat ab Apostolis nondum ordinatis.

RESP.: 1) Alii alio modo respondent theologi, secundum diversam exegesim quam adoptant.

2) cum Bellarmino, Suarez, P. et plurimis TT.:

DIST. M. - simpliciter eadem seu idem ritus et materialiter et formaliter, N.

- secundum quid eadem seu idem ritus materialiter, sed non formaliter, C. vel Tr.

CONC. m.: Nego cons.

Alii TT. concedunt M., negant m.

Ad prob. M.:

Conc. Ium, Dist. cetera :

1) Ministri unctionis sunt Apostoli

- nondum sacerdotes ordinati, C.
- jam sacerdotes ordinati, N.

2) Subjectum unctionis sunt infirmi

- vel periculoso, vel non periculoso morbo laborantes, baptizati vel non baptizati, C.
- soli periculoso morbo laborantes et soli baptizati, N.

3) Effectus est salus infirmi

- corporalis miraculo obtenta, C.
- spiritualis, corporalem quandoque salutem causans ut remedium quidem supernaturale sed non necessario miraculosum, N.

P. 519; W.313,314; Kern.71-80.

2.- (Cum Lutero, apud P.510), Jac.5,14,15: mandatum Apostoli Jacobi, non Domini N.J.C. exprimitur - sicut v.13: "Tristatur aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? Psallat" : Ergo ritus ibi descriptus non est verum N.T. sacramentum, quod instituere ad solum Xtum pertinet.

- negatur hoc loco institutio divina praecedens Jacobi commendationem, N.
- non affirmatur hoc loco haec divina institutio:
 - explicite et formaliter, C.
 - nec implicite et virtualiter, N.

Jacobus implicite et virtualiter affirmat hoc loco divinam institutionem unctionis quam commendat, sive verbis "in nomine Domini", h.e. auctoritate Xti, sive saltem verbis "Et si in peccatis sit, remittentur ei", quae clare indicant medium efficax gratiae sanctificantis in praesenti oeconomia salutis existens, quod non potest esse absque institutione divina.

3.- Etiam optimi veteres TT., Hugo Vict., Magister, S.Bonav., etc. ex hoc loco Jacobi intelligunt Extremam Unctionem fuisse ab ipso Jacobo institutam: ergo non multum valet modo data solutio.

DIST. ANT.: "a Jacobo institutam":

- eo sensu quo postea Lutherus et alii No_vatores contenderunt, N.
- sensu prorsus diverso, C.

Nempe Hugo Vict., Magister, S.Bonav. cum omnibus catholicis admittunt Xtum saltem hoc sensu Extremam Unctionem instituisse, quod Xtus ut Deus potestate auctoritatis dedit huic sacramento virtutem significandi et conferendi gratiam et quod Xtus ut homo gratiam hoc sacramento collatam meruit. In hoc solum discrepant, quod dicunt Xtum non per seipsum solum determinavisse ritum externum quo gratia confortationis animae graviter aegrotantium daretur, sed per Apostolum Jacobum fecisse. Quod minime in se repugnat et tuto te-

neri potest etiam post Trid., ut nobis et aliis videtur, inter quos P. Vallera. Recole dicta in Tr. de sacr. in genere. P.515; W.313, Inst.1.

4.- Verba Jacobi indicant corporale medicamentum, siquidem:

- a) unica ratio vocandi presbyteros fuit corporalis infirmitas;
- b) " " : salvabit infirmum, utique ab infirmitate sua; " " (cf. Mc.9,6): excitabit seu e lecto eriget: ergo effectus productus non est gratia sanctificans.

RESP.: Verba Jacobi in objectione laudata et spirituale, et corporale medicamentum indicant, non corporale tantum. Siquidem:

- 1) "et si in peccatis sit, remittentur ei" etiam gratiam sanctificantem dari manifeste supponunt;
- 2) si de corporali tantum remedio ageretur, non sacerdotes vacandi essent, sed medici vel charismatici; porro " " : praepositi ecclesiarum singularum.

Unde dist. antec.: "corporale medicamentum"

- etiam, C.
- tantum, N.

Dist. etiam cons.: "non gratia sanctificans" :

- sola, C.
- nec cum aliis Dei donis, N.

5.- Jac.5,15 dicitur: "Et oratio fidei salvabit infirmum", effectus nempe tribuitur merito proprio orantium: ergo totus effectus est ex opere operantis, nullus ex opere operato.

RESP.: Explico illa verba "Oratio fidei salvabit infirmum" ex toto contextu. Scilicet haec oratio fidei "quae dicitur, manifeste intelligi debet forma sacramenti cuius materia proxima est unctio. Rationes sunt: 1) haec oratio specialem suam efficaciam habet ex hoc quod a sacerdotibus funditur: ergo ex caractere sacerdotali, saltem maxime, non ex merito personali. 2) Haec oratio fit super infirmam: , super eum, dum simul ungitur:

Unus ritus totalis indicatur ex unctione et precibus compositus ex institutione Xti efficaciam habens.

"Vocatur oratio fidei, a) quia fides objectiva nos docet ejus divinam institutionem et efficaciam. b) quia presbyteros fides subjectiva (si forte aliquando non propria, certe Ecclesiae, cujus mandato agunt) movet ut orent super aegrotum ungentes eum oleo". Kern., 68.

6.- Jac.5,14-15 eadem oratio intelligitur quae Jac.5,16 (et orate pro invicem...); atqui haec non est sacramentalis oratio: ergo neque illa.

DIST.M. : - secundum quid eadem (utraque vera oratio), C.
- simpliciter eadem, N.

CONC.m. : Nego cons.

7.- Verba " " intelligi possunt juxta persuasionem judaecam morbos in poenam peccati esse, ita ut sensus sit: si patiat aegrotus in poenam alicujus peccati, reatus ille poenae temporalis remittetur. Quod non importat gratiam sanctificantem hic et nunc dari.

RESP.: 1) Non hoc sensu verba haec intellexit Traditio christiana, S.Scripturae optima interpres.
2) Nulla est ratio cogens nos ad sensum proprium verbi , remittentur, relinquendum, qui de ipsa culpa intelligitur.

8.- In vitis SS.Patrum nunquam narratur eos ante mortem suscepisse Extremam unctionem: Ergo illa aetate sacramentum E.U. in usu non fuit.

CONC.ANT., sed Nego Cons.

Lege Comp.281; cf. W.Inst.2; DA. (J.de Guibert) Extrême-Onction; Acta SS.,17 Junii, c.1,n.9,p.313 (De S.Hypatio, monacho, V saec.).

9.- Jac.5,14-15 et PP. intelligi possunt de gratia curationum unctioni olei alligata. Patet: 1) ex comparatione cum Mo.6,13; 2) ex iis quae narrantur curationibus unctione factis.

Nego assertum.

Ad prob. 1am : Nego eandem utrinque unctionem intelligi.

Ad prob. 2am : Concedo curationes multas miraculosas illas, sed nego illationem factam. Lege Comp.282.

10.- Aetate Xti solebant Judaeo oleo uti ad curanda vulnera(Lc. 10,34), cui unctioni interdum addebant orationes (patet ex Talmudicis libris): Ergo Jacobi et Ecclesiae ex usu illo Judaeorum derivatur: Ergo non est sacramentum a Xto institutum.

CONC.ANTEC. DIST. 1um CONS.

- hoc sensu quod Xtus usum aliquem vigentem sacramentum N.T. fecit, C. vel Tr.
- hoc sensu quod usus christianus nullam efficaciam habeat sacramentalis a Xto datam, N.

Lege P.254,513, nota. Recole etiam dicta in Tr.de sacr. in genere.

Secundum aliquam similitudinem, L. Désers, "Les sacrements", p.16, ante Xtum potuit existere theca (coffret) sed absque gemmis quas Xtus indidit. Matrimonium etiam, ut matrimonium, fuit certe usus antiquus, quem tamen Xtus sacramentum N.T. fecit.

- Thesis 2^a -

MATERIA REMOTA EXTREMAE UNCTIONIS EST OLEUM OLIVARUM BENEDICTUM, MATERIA PROXIMA EST IPSA UNCTIO; DUM FORMA EST ORATIO SIGNIFICANS EFFECTUM SACRAMENTI.

S.Th. Suppl.29,4-9; P.520-534; W.315-320; Kern.,114-146; Gühr, §§ 3,4; Pohle-Preuss,16-23.

1^a Pars : MATERIA REMOTA E.U. EST OLEUM BENED.

MATERIA REMOTA E.U.: res sensibilis in hoc sacramento de necessitate sacramenti adhibenda.

OLEUM OLIVARUM BENEDICTUM: oleum, seu liquor unguinosus, non quodcumque, sed olivarum et quidem consecratum.

ADVERSARIII : Fr. Victoria, Cajetanus, Maldonatus et alii tenent benedictionem esse de necessitate praecepti tantum.

NOTA : Certa.

PROBATUR : A) "Oleum olivarum".

1°- Ex S.Scriptura : Jac.5,14 " ";

" " seu oleum simpliciter, et maxime oleum quo veteres corpora ungebant, est oleum olivarum; Ergo oleum olivarum praescribit S.Scriptura adhibendum in E.U.

2°- Ex Trad.:

- a) PP. et TT.
- b) CC.
- c) Ritualia.
- d) Catech. Rom.- P.520,521.

B) "Benedictum" :

Ex Traditione : Ecclesiae documenta postulant oleum olivarum benedictum ad E.U. conferendam etiam in casu necessitatis: Ergo illa benedictio est necessaria ad valorem sacramenti.

- 1) P ostulant (D.99,700,908).
 2) Etiam in casu necessitatis (D.1628-1629).
 P.522-525 (ab episcopo, vel a sacerdote cum delegatione Pontificis). CIC, c.945.

2^a Pars : MATERIA PROXIMA EST UNCTIO.

H.e. non ante perficitur sacramentum E.U. quam linatur infirmus loeu olivarum benedicto, seu oleum illud etiam benedictum non est actu signum sacramentale nisi quatenus eo oblinitur corpus infirmi.

ADVERSARIII :

Quidam antiqui, juxta quos "oleum ab episcopo benedictum est sacramentum infirmorum, sacramentum permanens sicut Eucharistia, unctio vero est usus sacramenti.

NOTA : Certa.

PROBATUR :

Ex Trid., s.14, Doctrina de E.U. c.1 (D.908): "Intellexit..."

Juxta Trid., ipsa unctio significat et producit Spiritus Sti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur: Ergo...

DIFFICULTATES: S.Th. Suppl.29,406; P.527-530; W.317,318; Ghr,
 §§ 3,4.

1.- S.Innocentius I (D.99) materiam E.U. vocat "sanctum oleum chrismatis": ergo sanctum chrisma adhibendum sicut in Confirmatione.

DIST.ANTEC. "sanctum oelum chrismatis":

- h.e. sanctum oleum ad unguendum destinatum, C.
- h.e. sanctum oelum balsamo mixtum quod chrisma sensu specifico dicatur, N.

DIST. pariter cons.: "sanctum chrisma" :

- sensu generico, i.e. sanctum unguentum, C.
- sensu specifico, seu oleum balsamo mixtum, N.

P.514 "Fortasse..."

2.- Chrisma magis conveniret, vel vinum.
Nego. S.Th. Suppl.29,4, ad 1m et ad 2m.

3.- Oleum olivae non invenitur in qualibet terra.

RESP.: "Quamvis non ubique crescat, tamen facile potest ad quemlibet locum transferri. Et praeterea hoc sacramentum non est tantae necessitatis quod exeuntes sine hoc sacramento non possint salutem consequi".

4.- Oleum sanctificatur in usu per formam: ergo superfluit sanctificatio praevia.

RESP.: "Neutra sanctificatio superfluit, quia etiam instrumenta efficaciam accipiunt ab artifice et dum fiunt et dum ad actum applicantur". S.Th. Suppl.29,5, ad 1m.

5.- Significatio effectus E.U. competit oleo ex naturali proprietate ipsius.

- in actu primo remoto, C.

- in actu primo proximo, vel in actu secundo, N.

S.Th. Suppl.29,5.

6.- In Baptismo non praexigitur materiae consecratio de necessitate sacramenti: Ergo nec in E.U.

NEGO CONS. S.Th. Suppl.29,5, ad 3m.

7.- CC. et Traditio necessariam quidem benedictionem dicunt, sed non ido essentialem.

NEGO. W.318 (Et necessariam et essentialem dicunt saltem implicite).

8.- Trid. (D.910): nil aliud ab Ecclesia observatur quod S.Jacobus praescripsit; Atqui S.Jacobus non praescripsit benedictionem praeviam olei: Ergo haec benedictio non pertinet ad substantiam E.U. perficiendam.

DIST.MAJ.: - quam quod S.Jacobus praescripsit sive formaliter sive virtualiter, C.

- necessario formaliter et disertis verbis, N.

CONT.MIN.: Scimus ex Traditione hunc etiam fuisse sensu Jacobi.

9.- Juxta S.Innocentium I (D.99), christiani omnes sive sacerdotes, sive fideles licite possunt sese ungere s. Oleo infirmorum. (Nam "quod uti licet ungendum" significat: quod adhibere seu sibi applicare licet unctionibus a se factis": Ergo E.U. sicut Eucharistia, fuit sacramentum permanens, unctio vero fuit usus sacramenti.

RESP. 1^a : DIST. ANTEC. : - extrasacramentaliter, C.
- sacramentaliter, N.

RESP. altera : NEGO ANTEC. et PROB.

Nam latinitas quidem obscura, sed sensus ex contextu clarus. Subauditur nempe "ministerio episcoporum vel sacerdotum ungendum". Imo, ut Kern ait, ipsa verba "sese ungere" significarunt sese ungendos curare. P.514 "Videtur...

10.- In Eucharistia materiam consecrare potest simplex sacerdos: Ergo etiam in E.U.

NEGO CONS. Suppl. 29,6, ad 1.

11.- Ars dignior non praeparat materiam inferiori: Ergo episcopus non debet praeparare materiam sacerdoti.

DIST. ANTEC.: - in artibus mechanicis, C.
- in Christi sacramentis, N. Suppl.29,6 ad 2.

SCHOLIION :

Ad valorem E.U. sufficit unctio quinque sensuum sed non requiritur una unctio in fronte cum apta verborum formula generali sufficit.

1^{um} constat ex praesenti usu Ecclesiae latinae a summo Pontifice approbate. P.517; CIC,947 §§ 2 et 3.

2^{um} constat ex diversa praxi variarum ecclesiarum et auctoritate S.Officii, contra veteres. P.518-530; CIC,947,§ 1; Gahr, §§ 3,4 "Il n'y aurait pas...; Suppl.32,5-7 (?).

3^a Pars : FORMA E.U. EST ORATIO SIGNIFICANS EFFECTUM SACRAMENTI.

FORMA E.U.: verba a ministro E.U. de necessitate sacramenti proferenda ad sacramentum E.U. perficiendum.

ORATIO () : vera deprecatio sacerdotis pro infirmo quem inungit sacro infirmorum oelo (vera deprecatio quoad sensum, etsi non necessario grammaticae, sicut "Ecce quem amas infirmatur" est vera deprecatio quoad sensum).

SIGNIFICANS EFFECTUM SACRAMENTI : quomodocumque exprimens gratiam spiritualis medicinae hoc sacramento productam:

sive specificae: v.g. remissionem peccatorum, sanitatem animae vel corporis, aut utramque;

sive generice : v.g. allevationem infirmi;

sive etiam generalissime: v.g. exhibitionem divinae misericordiae.

ADVERSARIJ :

- 1) Quidam Veteres: "E.U. sola unctione constat nec habet formam". Suppl.29,7.
- 2) Multi: "non requiritur vera deprecatio sacerdotis pro infirmo". Suppl.29,8; P.533,534.
- 3) Multi plus requirunt, v.g. ut forma explicita exprimat actionem ministri, ut nominentur sensus, ut commemoretur Dei misericordia, etc.

NOTA :

- 1) De necessitate sacramenti verba a ministro E.U. proferenda sunt: De Fide certa ex Trid. (D.908).
- 2) Quae saltem aliquo modo significant gratiam spiritualis medicinae: Certa et Communis.
- 3) Quoad sensum vere deprecative: Probabilior.
- 4) Sufficit ad valorem E.U. ut haec gratia spiritualis medicinae quomodocumque exprimat deprecatione ministri: Probabilior.

PROBATUR : A) "Oratio () seu vera deprecatio".

Ex Trid. de E.U., c.1 (D.908) cum Jac. V.:

Juxta Trid., S.Jacobus verbis "orent su per eum", "oratio fidei" designat formam E.U.

Atqui S.Jacobus his verbis designat veram deprecationem sacerdotis pro infirmo:

Ergo forma E.U. est vera deprecatio.

MAJ.: ex Trid.

MIN.: ex Jac. Nam 1) " veram deprecationem de se significant;
2) Sensum verae deprecationis contextus unice admittit, ut patet ex vv.13,16,18;
3) Ita omnes exegetae intelligunt. Lege Kern,157-160.

B) "Saltem aliquo modo significans effectum sacr."

Patet : 1) ex ipso munere formae; determinandi scilicet significationem practicam unctionis factae;
2) ex omnium consensu.

C) "De necessitate sacramenti non requiritur ut aliud significet oratio pro infirmo facta."

Ex praxi Ecclesiae.

Ad valorem E.U. non requiritur ut aliud significet oratio pro infirmo facta, nisi id quod omnibus formis in Ecclesia approbatis communiter significatur.

Atqui omnibus formis in Ecclesia approbatis nil aliud communiter significatur nisi gratia spiritualis medicinae sacramento producta;

Ergo ad valorem E.U. non requiritur ut aliud significet oratio pro infirmo facta, nisi gratiam spiritualis medicinae sacramento productam.

MAJ.: quia 1) Ecclesia non approbat formas incalidas;
2) Ecclesia tamen non habet potestatem mutandi substantialiter formas sacramentorum, ut probatum est in Tr. de Sacramentis in genere.

MIN.: patet ex historicis documentis. P.531.

DIFFICULTATES: Suppl.29,7-9; P.532-535; W.320; Kern,160-166.

1.- Impossibile est detegere aliquod elementum commune omnibus formis ab Ecclesia adhibitis; ergo nullum in his elementum designari potest tanquam divinitus determinatum.

NEGO ANTEC.: Nam in omnibus ritibus ab Ecclesia adhibitis designare est deprecationem pro infirmo in qua spiritualis medicinae gratia imploratur. P.531.

2.- Antiquitas approbavit formas indicativas alias, alias vero imperativas.

DIST.: - indicativas :

- quoad modum loquendi, C.
- quoad sensum:
 - pure indicativas, N.
 - indicativas simul et deprecativas, C.

- imperativas:

- additas precibus praescriptivis, C.
- secus, N. P.531; Kern,160-163.

3.- Quaevis formula sacra, etiam forma sacramentalis mere indicativa, v.g. "Hoc est corpus meum" dicitur aliquando oratio seu: ergo etiam Jacobus intelligi potest hoc sensu.

DIST.ANTEC.: "dicitur oratio seu"

- lato sensu, C.
- stricto sensu, N.

(Quid sibi velit P.534, difficile dictu est. Kern,p.158 "Ergo etiamsi demus..." firmiter loquitur).

4.- Veteres TT. docuerunt necessitatem nominationis sensuum,

- omnes omnino, N.
- plerique :
 - ut quid certum omnes illi, N.
 - multi ut quid probabile, C.

5.- Ipse S.Thomas id ut certum habuit.

RESP.: S.Th. principia nostrae solutionis ut indubia habuit (E.U. ubique valida in Ecclesia; forma a Xto determinata fuit; sola igitur elementa communia essentialia); sed in re historica cum pluribus coetaneis erravit, ut nobis videtur.

SCHOLIUM: Omnes caeremoniae praescriptae servandae sunt. P.562.

* * *

De effectibus Extremae Unctionis.

Dico 1.- EFFECTUS E.U. RECTE ENUMERANTUR PRAETER GRATIAM SANCTIFICANTEM, REMISSIO PECCATORUM MORTALIUM ET VENIALIUM, REMISSIO POENARUM TEMPORALIUM, CONFORTATIO ANIMAE AEGROTI, RESTITUTIO SANITATIS CORPORIS.

Suppl. 30, 1-3; P.536-544; W.321-327; Kern, 81-114; 167-215; Suarez, d.41; Bellarmin, c.8; Gehr, § 7; Pohle-Preuss, 24-34.

SENSUS THESEOS :

Haec omnia Extrema Unctio conferre potest suscipienti (directe vel indirecte, per se vel per accidens, absolute vel conditionate).

ADVERSARI I :

- 1) Protestantes negant ullum gratiae effectum Extremae Unctione produci.
- 2) Scotus cum paucis negat remitti poenas temporales.

NOTA :

- 1) Extrema Unctio gratiam sanctificantem confert, peccata aliquando remittit, animam alleviat et confortat, corpus interdum sanat: DE FIDE DEFINITA in Trid. de E.U., c.2, c.2(D.909, 927).
- 2) Extrema Unctio remittit etiam venialia peccata et poenas temporales: CERTA.

PROBATUR: A) "Gratia sanctificans".

Patet ex thesi 1 (verum N.T. sacramentum).

B) "Remissio peccatorum mortalium et venialium".

S.Scriptura: Jac.5,15: Nam promittitur remissio peccatorum sine restrictione: ergo mortalium et venialium.

Traditione: PP. et TT., Trid. l.c., Rituales libri.

C) "Remissio poenarum temporalium".

Quia finis Extremae Unctionis est ut disponat animam ad immediatum introitum gloriae. Ut constat :

- 1) Trid. (D.907), "Poenitentiae consummativum";
- 2) PP. et TT.
- 3) Ratione convenienti. P.538; Kern,81-114 (Lege assertiones).

D) "Confortatio animae aegroti" : Patet

- 1) Jac.5,15, nam " " significat: excitabit infirmum, novum ei robur, alacritatem, laetitia et vigorem suppeditando.
- 2) Trid. (D.909);
- 3) TT. omnes, v.g. S.Th., Suppl.30,2; P.543.

Dico 2. - EFFECTUS PRINCIPALIS E.U. EST CONFORTATIO AEGROTI.

EFFECTUS PRINCIPALIS E.U.: inter effectus E.U. a gratia sanctificante distinctos, ille qui primus inducitur et ratione cujus alii conferuntur (gratia sanctificans est effectus communis).

ADVERSARII:

- 1) Macarius et alii orientales: "sanatio corporis est effectus principalis E.U."
- 2) Scotistae: "effectus principalis E.U. est finalis remissio peccatorum venialium".

NOTA : Probabilissima.

PROBATUR. Ex duobus:

- 1) Quodlibet sacramentum videtur principaliter institutum ad unum effectum, quamvis etiam alios ex consequenti inducere possit.
- 2) Ex enumeratis effectibus E.U. (Dico 1), praeter nullus confortatio animae aegroti potest dici effectus hujusmodi. Siquidem:
 - a) gratia sanotificans est effectus communis omnium sacramentorum N.L.;
 - b) restitutio sanitatis corporis est effectus conditionatus tantum;
 - c) E.U. valide dari potest etiam illi qui nullum reatum cul-pae et poenae haberet , ut qui modo baptizatus est.
(Kern.215-240.)

Dico 3.- REMISSIO PECCATORUM MORTALIUM EST EFFECTUS PER SE SED SECUNDARIO INTENTUS.

PER SE INTENTUS: ratione sui a Christo volitus in institutione E.U.

SECUNDARIO INTENTUS: ex secundaria, non ex primaria Christi voluntate.

NOTA : Probabilior.

A) "PER SE INTENTUS":

Nam, E.U. instituta est etiam ut peccata mortalia remitteret: ergo ubi remittit, per se remittit. P.538.

B) "SECUNDARIO INTENTUS":

Quia E.U. est primario sacramentum vivorum, i.e., primario instituta ad gratiam secundam conferendam, ut consummativum Poenitentiae. P.536.

COROLLARIUM. Ergo infirmus in peccato mortali existens per se gravi obligatione tenetur ut ante susceptionem E.U. per sacramentum Poenitentiae vel per contritionem perfectam in se gratiam procuret. Kern.174; S.Th., Suppl.30,1, ad 1.

Dico 4. - RESTITUTIO SANITATIS CORPORIS EST EFFECTUS E.U. CONDITIONATUS.

I.e. sub conditione producendus.

NOTA : Videtur De Fide Definita in Trid. (D.909) :

"Sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expediret, consequitur".

(Sed quo sensu conditionatus? Probabilius eo sensu quod per E.U. et proxime per confortationem animae nunquam inducitur alleviatio corporis nisi in quantum confert ad animae sanitatem perfectam, ut explicant S.Th., B. Albertus M., S. Bonaventura et alii, contra multos. S.Th., Suppl. 30, 2; P. 543; Kern, 194-215).

Scholion 1. - Gratia sacramentalis E.U. propria recte dicitur gratia sanctificans ad confortationem animae aegroti data. - Recole dicta in Tr. de Sacramentis in genere.

Scholion 2. - In E.U.

- 1) "sacramentum tantum" est unctio cum oratione;
- 2) "res tantum" est gratia sanctificans cum quattuor enumeratis;
- 3) "res et sacramentum" est titulus ad gratiam confortationis spiritualis.

P. 545 (VI, 202); Kern, 181, 350.

Scholion 3. - Res et sacramentum eo momento datur quo essentialiter perficitur sacramentum. P. 535, 546-548; Kern, 323-331; Suppl. 30, 1, ad 3.

- Thesis 3^a -

MINISTER E.U. EST SOLUS SACERDOS : SUBJECTUM EST SOLUS INFIRMUS PERICULOSO MORBO LABORANS ADULTUS ET BAPTIZATUS.

Suppl.31-32; P.549-562; W.328-333; Suarez,d.42,43; Kern,241-322; 331-363; Gahr,§§ 5,6; Pohle-Preuss,38-51.

MINISTER E.U. EST: E.U. valide confert.

SACERDOS (primi vel secundi ordinis): qui fuit valide ordinatus episcopus vel presbyter.

SOLUS: Nec laicus, nec inferioris ordinis clericus potest valide conferre E.U.

ADVERSARIJ :

1. Novatores: "Etiam laici seniores";
2. Launoy: "in casu necessitatis etiam diaconus cum licentia episcopi";
3. Waldenses: "in casu necessitatis quilibet homo christianus, etiam mulier";
4. D.A.Boudinhon (Revue catholique des Eglises, juil.,1905): "laici aegroti per se possunt sibi impertire sacramentalem unctionem". Kern,242-249.

NOTA : De Fide Definita in Trid. (D.910,929). (Kern,250).

PROBATUR : 1°- Ex S.SCRIPTURA: Jac.5,14,comparando cum aliis N.T. locis ubi eadem vox " legitur,v.g.I Tim.5,17ss.; Tit.1,5ss.:

Illi soli possunt valide conferre E.U. quos ad E.U. administrandam vocandos esse affirmat Jacobus;

Atqui hi sunt sacerdotes;

Ergo soli sacerdotes possunt valide conferre E.U.

MAJ.: videtur evidens.

MIN.: ex usu N.T., , et praesertim non sunt nisi sacerdotes primi vel secundi ordinis, seu ii qui in Ecclesia ordinati sunt ad sacra facienda et administranda.

2°- Ex TRADITIONE :

FP.

TT. v.g. S.Th., Suppl.31,1-3;

CC.- P.559.

DIFFICULTATES : S.Th., Suppl.31; W.330-332.

1.- Baptismus etiam a laico in casu necessitatis conferri potest; potest autem etiam solemniter conferri a diacono ex superioris facultate: ergo etiam E.U., sacramentum inferioris dignitatis.

CONC. ANTEC. NEGO CONS. Non est E.U. tanta necessitas, quanta Baptismi.

2.- Oratio laici quandoque ita Deo accepta est, sicut sacerdotis.

- Ut personae privatae, C.
- Ut personae, publicae, N.

3.- Multi sancti, non sacerdotes, v.g. S.Genovefa, oleo infirmos ungebant.

- unctione sacramentali, N.
- unctione extrasacramentali, C.

4.- Sacramentum E.U. unctione perficitur, ut Confirmatio: ergo a solo episcopo valide conferri potest.

NEGO CONS. Confirmatio imprimat characterem quo collocatur homo in statu perfectionis, non autem E.U.

5.- Simplex sacerdos non potest consecrare materiam E.U., quod est minus: ergo non potest ea uti, quod est majus.

DIST. ANTEC. : "minus est" :

- in genere causae finalis, C.
- in genere causae efficientis, N.

Saepe scilicet, qui opus incipit activitatis plus exercere debet quam qui perficit: ita ad E.U. praeparandam et perficiendam.

6.- " " intelliguntur aetate majores aut primores in populo.

- ex etymo et usu vulgari, C.
- ex usu Apostolorum et Ecclesiae, praesertim cum appositione articuli et verborum " "N.

7.- (D.99): "quod ab episcopo confectum, non solum sacerdotibus, sed et omnibus uti christianis licet in sua et suorum necessitate ungendum".

DIST.: "ungendum uti":

- usu extrasacramentali, C. vel Tr.
- usu sacramentali:
 - ministerio presbyterorum vel episcoporum, C.
 - sua manu, N. Vide supra.

Scholion 1.- E.U. tum a pluribus sacerdotibus tum ab uno valide conferri potest. Kern, 256-258.

CERTA ET COMMUNIS.

- QUIA 1) uterque usus ab Ecclesia est approbatus.
2) Ex analogia cum caeteris sacramentis pluribus.

Scholion 2.- De modo quo a pluribus sacerdotibus E.U. valide administrari potest, non est una TT. sententia. Lege P.560; Kern, 263-266.

- 1) Unus materiam applicat, alter formam pronuntiat(??)
- 2) Unus unam unctionem cum sua forma, alius aliam unctionem cum sua forma.
- 3) Plures integram materiam et formam applicant uni aegroti; simul; unus post alium (??).

Scholion 3.- Quis licite E.U. administrare possit, accipe a DD. Theologiae moralis et a Canonistis. P.561; CIC, c.938 § 2; 514 § 1-3.

2^a Pars : SUBJECTUM E.U. EST SOLUS INFIRMUS PERICULOSUS
MORBO LABORANS ADULTUS ET BAPTIZATUS.

SUBJECTUM E.U. EST: E.U. valide suscipere potest.

INFIRMUS: qui viribus destituitur.

MORBUS (corporis aegritudo seu infirmitas): defectus virium corporis ex quacumque causa sive ex inaequalitate humorum, sive ex hausto veneno, sive ex vulnere accepto, sive etiam ex plena confectione organorum in senio.

PERICULOSUS: inducens periculum propinquae mortis seu talis qui ex natura sua censeatur lethalem exitum brevi habere posse. "Illis tantum infirmantibus debet exhiberi qui sunt in statu exeuntium propter hoc quod aegritudo nata est inducere mortem et de periculo timetur". Suppl.32,2.

ADULTUS: qui usum rationis attigit (excluduntur infantes et perpetuo amentes).

ADVERSARII:

- 1) Orientales in patriarchatu Constantinopolitano et regno hellenico: "omnis baptizatus sive sanus sive infirmus".
- 2) Juenin, de Sainte-Beuve defendunt ut validam horum graecorum praxim.

NOTA : Certa (CIC,940).

PROBATUR : A) "Solus infirmus" (Contra graecos).

1°- Ex S.SCRIPTURA : Jac. 5,14,15:

Subjectum unctionis de qua Jacobus 1) infirmatur ("infirmatur quis..."; 2) cogitur per alios rogare sacerdotes, non potest ergo eos adire ("inducat presbyteros..."; 3) Dei auxilio speciali indiget ad infirmitatem superandam; "oratio fidei salvabit infirmum". Praeterea Jacobus v.13 contra afflictiones quacumque remedium universale proponit orationem ipsius hominis qui patitur.

2°- Ex TRADITIONE antiqua occidentali et orientali, v.g. epistola S. Innocentii I (D.99) et professione fidei Michaelis Paleologi (D.465).

B) "Periculoso morbo laborans".

Ex TRADITIONE. Trid. (D.907,909,910).

E.U. instituta est pro iis qui in periculo mortis sunt, non pro aliis. P.552,556; Kern,289.

C) "Adultus".

1°- Ex TRADITIONE: Rituales libri, TT., CC.- Kern,307.

2°- Ex RATIONE THEOLOGICA: Solus adultus est capax effectus principalis E.U., nempe confirmationis spiritualis. P.549;Kern,311.

D) "Baptizatus".

Quia, ex unanimi TT. consensu, non baptizatus nullum sacramentum valide recipere potest praeter Baptismum. S.Th., Suppl.32,1-4.

DIFFICULTATES :

- 1.- Etiam non infirmus est capax effectus hujus sacramenti.
 - effectus communis et secundarii, C.
 - effectus proprii et principalis, N.

2.- Atqui etiam effectus proprii et principalis, nempe confortationis animae.

- confortationis animae contra pericula ex morbo periculoso per se resultantia, N.
- contra alia pericula, C.

"Hoc sacramentum est quaedam spiritualis curatio".

3.- E.U. est sacramentum exeuntium seu eorum qui sunt in propinquo exitus: ergo etiam milites in acie et capite damnati, perfecte sani, possunt recipere E.U.

- exeuntium "quibus corporalis curatio competit", C.
- secus, N. S.Th. Suppl.32,1.

4.- Jacobus 5,14, de qualibet infirmitate loquitur.

- si genera infirmitatum pensantur, C.
- si modus et status infirmitatis pensetur, N.

Lege S.Th. Suppl.32,2, ad 1 et 2: "Hoc sacramentum habet pro principali effectu illam suspiratam quae exeuntibus et iter ad gloriam agentibus est necessaria".

Scholion 1.- Ad validam susceptionem E.U. necessaria est intentio recipiendi sacramentum habitualis implicita.

CERTA. P.550,551; Kern,316-322, cum nota finali.

Scholion 2.- Obligatio E.U recipiendae per se gravis non est, per accidens gravis evadere potest.

Adversarii. Kern, Schell, alii: "E.U., ait Kern, moribundis probabiliter per se necessaria est ad salutem: ergo eam suscipiendi obligatio est gravis per se".

Longe communior. P.557; W.334,337; Lehmk II,726 cum nota; CIC,c.944.

Scholion 3.- E.U. iterari potest quoties abit periculum mortis et novum, etiam in eodem morbo succedit.

CERTA. P.558; W.335; Suppl.33,1-2; CIC, c.940, § 2.

Scholion 4.- Etiam manente eodem mortis periculo? Probabile tenet Kern,331-363; Cf. CIC, c.940, § 2.